

ἘΤΔΔΑΙΜΩΝ Ὁ ΜΥΔΕΝ ὈΦΕΙΛΩΝ,

De

RESCRIPTIS MO-

RATORIIS SEU INDICIBUS

QUINQUENNALIBUS &c.

Vulgò:

Quinquennell Anstandsbriefen &c.

IN CONCLUSIONES METHODICE DIGESTA
ANALECTA UT CUNQUE POLI-
TICO-JURIDICA.

Auctore

GUILHELMO ANTONII

FREUNDEBERG. J. U. PROLYTA, GO-

THOFREDI JCTI ET CANCELLARII QUON-
dam Academiae Giffanae &c. F.

CVM TRIGEMINO TITVLORVM ET SVB IIS COM-
prehensarum Conclusionum, Auctorum etiam allegatorum, itemq. rerum &
verborum Indice, nec non aliquot ejusdem Auctoris ex vario
jure erutorum Corollariorum Appendice.



H A R P U R G I,

Typis & sumptibus CASPARIS CHEMLINI,

cl. 13. c. 11. 12.



GENTE MENTE
ILLUSTRISSIMIS, CELSISSIMIS
PRINCIPIBUS AC DOMINIS,

DN. GEORGIO,
DN. JOHANNI,
DN. HENRICO,
DN. FRIDERICO,
POTENTISSIMI ILLIUS ET NUNQUAM SATIS
LAUDATI PRINCIPIS LUDOVICI, FIDELIS CONDICTI,
Filiis, Hassiæ Landgraviis, Comitibus Cattimeliboci,
Deciæ, Zigenhainæ, Niddæ, &c.

Dominis atq; evergetis suis benignissimis

S. & O. H.



UOD Romanæ eloquentiæ parens, Marcus Tullius Cicero *in orat. pro Arch. Poët.* Principes Illustrissimi Domini & Meccenates mei clementissimi, de iis quæ tantoperè admiratur studiis oratione quadam haut vulgari edisserit, illa nimirum adolescentiam alere, senectutem oblectare, secundas res ornare, adversis perfugiū & solatium præbere, & quæ sunt ejus generis similia, id cum in universum de omnibus ingenuarum artium Facultatibus, quæ singulæ commune quoddam vinculum habere, & quasi cognatione aliqua inter se contineri videntur, ut idem Tullius ait, exaudiatur, tum verò in primis ad eam, quam Jurisperiti profitentur scientiam, meo judicio optime etiam jure transferri potest ac debet. Nam ut ali-



PROOEMIUM.



RETEM † longam, vitam verò
humanam brevem esse ac in-
certam, vulgò quidem, sed ve-
rillimè dicitur: *apud Hippo-
crat. 1. Aph. 1. Monit. in presf.*

*decr. n. 33. ad fin. ad quod ludens elegans ille
Poëta Ovvenus lib. 3. Epigram. 36. ita ingeminat:*

Ut solide sapiat nulli sua sufficit etas,

Mors prius à tergo quàm sapiamus adest.

- 2 Et sanè videmus paucos † ad triginta, pau-
ciores ad quadraginta, paucissimos verò ad se-
xaginta annos pervenire, ex quibus si tempora
infantix quæq; somno ac quieti dantur, detra-
xerimus, modicum certè vivendi tempus, resta-
bit, uti venustè devotèq; scribit Joan. Petr. de
Ferrariis (libellorum architect. 10b. Bapt. Co-
sta de fac. scient. & signor. in sp. 1. n. 20.) in presf.
*prax. atq. n. 4. Confer Psalmistâ idem firmantè
Psal. 89. v. 10. Psal. 90. v. 11. & alibi, id quod Dd,
3 plerisq; è nostris acedò verum, ut quæquam †
mortalium ad centesimum usq; annum ampli-
us hoc seculo vivere vix credant atque præsu-
mant, quorum è statuentiû numero sunt. Bar-
thol. Muscul. de termino vita human. n. 183. ubi
pro hæc sententia allegat Gabriel. Coras. Covar.
Menoeh. Gilken. & Camerar. quibus addo Fri-
der. Martini de ann. reditib. cap. 5. n. 160. & seqq.
Petr. Gregor. in synagm. jur. univers. lib. 12. c. 6. n.
10. Polydor. Rip. de act. in mort. artic. c. 41. n. 6. Da-
niel. Moller. lib. 2. semestr. c. 45. Fulv. Pacian. in tr.
de probat. lib. 2. c. 7. n. 24. & seqq. Cubach. cent. 3.
dec. ult. q. 3. fol. 917. Arr. Pinel. ad l. 2. p. 3. c. 4. n. 33.
C. de rescind. vendit. Trenzl. vol. 2. disp. 4. thes. 12.
sub alleg. ad lit. b. Borgnin. Carvalcan. decif. Fi-
viz. 22. n. 9. & 27. p. 2. Ludovic. Gozadin. conf. 68.
n. 6. Matth. W. of. conf. 13. n. 76. & seq. Additionat.
ad Richard. conf. 90. n. 1. lit. à. vol. 2. Friedr. Pru-*

*ckman. conf. 21. n. 83. v. 1. ubi pariter respon-
dit, quod homines tandem vitæ hujus usurâ
nunc minime fruuntur, ac olim fiebat: Nam uti
non minus eleganter quam piè sobrièq; præfa-
tus D. Pacianus d. tr. de probat. lib. 2. c. 24. post. nu.
1. admonuit; Nati homines crescunt & crescen-
do decrescunt, quia quanto plus ætas procedit,
tanto magis vita ipsorum ad finem accedit, ut
possit dici, quod semper moriatur, dum vivunt,
& tunc tandem desinant mori, cum desinunt vi-
vere: Consulatur ad idem Seneca lib. 3. epist. 24.
ubi similiter scribit, quod nos quodidie moria-
mur, quia quodidie demitur pars aliqua vitæ, &
tunc quoq; cum crescimus, vita decrescat, juxta
illud de homine conceptum vulgare ænigma:
*Quantò plus crescit, tantò magis decrescit: apud
Innocent. in c. 22. lib. 1. de contemptu mundi. usq;
acedò, ut Horatius queratur!**

Singula de nobis anni prædantur euntes.

Quinimò testantur † non solum Rerumpu- 4
blicarum everlarum elades, sed etiâ locupletif-
simus veritatis testis experientia exiit, plerisq;
ante adeptam metam justæ solidæq; eruditio-
nis, ante laborum fructus messemq; in ipso æ-
tatis flore humanitatem passos, spem omnem,
quæ de iis concepta erat egregia, miserabiliter
fecellisse; quibus constat vitam perinde fuisse, ut
aviculam, quæ pueri manu tenetur, & sæpè in i-
plis primordiis evolat: *Lips. cent. 1. Epist. ad Belg.
epist. 5. Hæc cum ira sese † habeant, & quia se-
cundum Ovidium lib. 3. de arte.*

Utendum est atate, cito pede labitur atas,

Labitur occultè fallitq; volat ille atas.

maxima profectò, secundum Senecam epist. 49.
dementia est, supervacua discere in tanta tem-



COROLLARIORUM

EX

V A R I O J U R E
E R U T O R U M

A P P E N D I X.

